



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Haereses sunt tumultus in ciuitate Dei & seditiones. Cap. XVI

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

salutem, mederi peccatis, & facere quæcunque eum docet ecclesiæ doctores. Nam hæretici morbos non dant, sed vulnerant sanos, augent morbos, & dant pocula mortis, ac præcepta occasionis.

Hæreses sunt tumultus in ciuitate Dei & seditiones. Cap. XVI

AET quid sunt hæreses in ecclesia, nisi tumultus & seditiones per pestilentes ac filios Belial excitatæ, quibus nisi per bonorum prudentiam & consilia obuiam itū fuerit, mox infinita mala oriuntur, ad hominum interitum, bonorum direptionem, & totius ciuitatis subuersionem. Ecclesia autem ciuitas Dei sancta est, in qua Iusticia regnat. Verum si impij hæretici sumpserint principatum, tunc gemit populus Dei. Tūc corrui in placies veritas doctrinæ euangelicæ & vitæ, & iusticia longè stat. Tunc veritas fit in obliuionem, & qui recedit à malo, prædæ patet. Tunc deridetur iustorū simplicitas, sed tabernacula prædonum abundant, & audacter Deum prouocant, cum derit omnia in manus eorum.

Apoc. 19.

Prou. 29.

E sai. 59.

Iob. 12.

Hæreses sunt noua bella in militia Christi. Caput. XVII

ET quid sunt nouæ hæreses, nisi noua bella in regno Christi? At illa bella optimè finiuntur, si mox ut se impij contra regnum Christi erigunt & priusquam multitudine se muniunt eis itur obuiam & cum complicibus per gladium verbi Dei debellantur. Et si manum dare, impia dogmata reuocare recusant, etiam in corpore occiduntur, vel carceribus perpetuis mancipantur. Melius enim est, ut vnus homo moriatur, quàm per eū tota gens seducatur & pereat in anima & corpore. Sic oportet ignem istum cum paruus est, extiguere. Quod si neglectū fuerit totā vorax flamma

Ioan. 11.

Ecci 11.